Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26542
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sum quatenus. Verum preter hec accipienda diffinitio est. cum aliquod quod non sit ostendit. Diffinicionis opus est. ut possimus docere quod non sit. Ergo si particione enumeratum partibus quod libras sit dimis. quod non sit libra eadem particione monstrabimus. Sit quoque etiam a partibus definitio. ut si dicam. si nec mas est nec femina. ho non est. Item. si nec seruus est nec liber. ho non est. Sane quoque admonendum puto partes. sepe dum quere totum. accipi ad eius definitionem. Sepe non ab eodem ipso. sed ab eo ipsi quod ipsi accidit. ut accidentis enumeratio partium possit definire quod sit totum. Haec quoque cum totum sit ho de quo queritur quod sit. non eius partes sunt seruus ac lib. sed accidentia hoi. Quae enumeratio cum fuerit instituta. ho quid sit ostendit. Sane non illud amonendum hic arbitror cum a partib. sit diffinitio. posse quoque tangere. ut modo totum ab omnibus partibus colligam ut sup ostendimus. Modo ita partes enumerentur definitione. ut in singulis totum sit. Sic illud in gouernatis est auxilium ferre et decernere. Mittendo p ficisci uenire etiam si non pugnauerint hostes ne dimicem trere. Sic tullius multis in locis ipsa p cornelio u queritur. quod sit maiestatem minuere totam q. mala lege tulit. q. legendo codicem intercessionem sub tulit. quod seditionem fecit. Inquibus omnibus. defuit lesa maiestas. Sed ita singula sunt. ut in ipsis singulis totum est. lesa maiestas possit ostendi. Hoc etiam ptullio tenet. ubi p enumerationem modoque p quos fit dolus malus. ita ut singulae species. dolus malus possit agnosci. Hoc cum apte positum intellegamus. tum illud qq. manifestum est nouicionem quandam mista definitione uirtutem plenissimam generis. et loque illam pstare definitionem quam sup posuimus. cum genere collocato addeclarationem rei quam definit substantiam eius indicans affert oratio. Sane adiciendum arbitror non esse quandam necessitatem mista partium enumeratione uti et quodam modo definitio. Si infinite partes fuerint et plurime species quorum particione faciendum enumeratio est. Non inquam arbitror in ista enumeratione unum usa quam infinita sunt. non debere concludere. Sufficit enim et plurimae effici enumeratio cum infinitus